

1723

C O D I C E S

1724

Beate Marie virginis in Luna (Laun) in causa, quae inter ipfas et quendam Paulum de Zinnbergh coram Abbate Monasterij de Altouado (Hohenfurt) Pragen. dioc. Ordinis Cystercien. versatur. Dies XII. Jan. Testes Frater Paulus Professor Mon. sancti Clementis (O. P.) Civit. Pragen. sacre Theologie professor, Urbanus Ciuis Minoris Civit. Pragen. Johannes seruator ipsius Monasterij. Notarius Wenceslaus natus Wenceslai de noua pilzna, cujus etiam Signum adpictum.

CCCCXXXVII.

94^a Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 384. 8. non una manu exaratus, et quondam noti Sacerdotis Wenceslai Rossii continet sequentia: I. Expositionem breuem *Symboli Apostolorum*, singulis Articulis adtributis singulis Apostolis, hoc initio: *Credo in deum patrem &c. Quod autem sic confiteri deum patrem et credere tenemur, obligat nos dictum ipsius &c.*

II. fol. 5. p. 2. Expositionem orationis dominicae, cui praenotatum: *Magister Hus sic scripsit in carcere.* Incipit: *Christianus debet scire orare &c.* et habetur T. I. Opp. edit. 1715. p. 39. f. Quid, si praecedens Expositio pariter illius sit?

Otazka nynie takowa byezi &c.

III. fol. 6. p. 2. Observata quaedam de *Fide, de Dimissione Peccatorum, de Abrenuntiatione temporalium, de Antichristo &c.* levis momenti, sed ex *Hussi* Scriptis, ut videtur, elicita.

IV. fol. 13. Narratio *bobemica* de Morte ejusdem, jam *Cod.* a nobis non uno relata.

V. fol. 26. p. 2. Expositio *Decalogi* incipiens: *Sequuntur X. Precepta.* Primo non est addita explicatio; itaque folium intercidisse puto. Explicatio secundi incipit: *Nota dupliciter peccamus contra preceptum istud. primo iurando mendaciter &c.*

VI. fol. 29. De *communione spiritali et sacramentali integra sub duplici forma panis et vini communitatem plebium concernente.* Infit: *Saluator noster dominus ihesus noui testamenti institutor &c.* Congeries locorum Scripturae et PP.

VII. fol. 41. De *Simoniam.* Infit: *Simoniam est studiosa voluntas emendi uel uendendi aliquid supernaturalis &c.*

VIII. fol. 49. Sententiae variae ex *Augustino*, et *Dicta* ethica lecta ex Antiquis.

IX. fol. 59. Loca *Matthaei, Pauli, Thomae Aq. Cypriani* et *Gelasii* ad probandam Calicis necessitatem rhythmis *bobemicis* redita et jam *Cod.* praeced. indicata hoc initio:

X.

1725

P O L E M I C I.

1726

X. fol. 65. p. 2. *Metra ista* sus 34. admodum hiulci hoc ini-
enumerant penas infernales. Ver- tio:

*Si tot dona dei non te revocant ad mortem
Iniciat saltem pena futura metum &c.*

Adjecti sunt 15. alii de *Nabuchodonosore* non melioris indolis.

XI. fol. 66. p. 2. Expositio *Symboli Apostolici* secundum Articulos bohemica ad mentem *Hussi*, quae infit: *Wyerzi ubuob otczie wssiemobuciebo &c.*

XII. fol. 69. p. 2. *Istum tractatum composuit Magister Huspie* memorie de matrimonio. Initium: *Petis a me karissime ut reputo ad tui comodum &c.* ut edit. *Opp. cit.* T. I. p. 41. sed *Codex* in C. 3. deficit, et subdit Excerptum *Cypriani de Virginius*.

XIII. fol. 79. *Auctoritates evangelij doctorum canonum et ecclesie pro communione corporis et sanguinis — sub utraque specie panis et vini usque in diem iudicii instituendo.* Incipiunt a *Matth.* 26. *Cenantibus autem illis &c.* et relatae sunt *Cod.* DCCCCV. ut *Sigismundo Regi Rom. Constantiam* submissae.

XIV. fol. 93. p. 2. *Incipit alius tractatus Magistri Johannis Hus.* Videlicet: *Utrum expedit laycis fidelibus sumere sanguinem christi sub specie vini.* Ut edit. *cit.* T. I. p. 52.

XV. fol. 101. p. 2. *Auctoritates de Communionem calicis.* Parum differunt ab adductis N. 13. sed hic alia manus inscripsit: *Magi-*

stri diui Hus, et ad calcem: Finis doctorum M. H.

XVI. fol. 109. *De corpore christi notabilia preciosa.* Congeries Quaestionum de Eucharistia, ejus sumptione spirituali, frequentia &c. item de Sacerdotibus, Missa &c. excerptarum potissimum, ut videtur, e *Matthiae Paris.* libro de *frequenti Communionem.*

XVII. fol. 139. *De Excommunicationem.* Item de *Episcopis* varia e Conciliis, Decretis Pontificis et Ritualibus.

XVIII. fol. 146. Articuli IV. *Pragensium* anni 1421. ut habentur in *Cochlaei Hist. Hussit.* L. V. p. 199. Videlicet de Praedicationem libera Verbi Dei, de Communionem sub utraque, de civili Dominio Cleri, et Peccatorum extirpationem.

XIX. fol. 149. *Adversaria* de Orationem Dominica, peccatis variis, sacerdotibus, peregrinationem, choreis &c.

XX. fol. 165. *Incipit libellus de quadruplici instinctu valens pro devocione excitanda.* Initium: *Semen cecidit in terram bonam &c.* Ad *Henr. de Vrimarya O. Erem. Aug.* pertinet, ut alibi indicatum est. Librarius vero noster, qui a. 1420. illum descripsit, addidit: *Nescio de eius edicione, diciturque*

1727

C O D I C E S

1728

que *Huconis* (*Hugonis* a *S. Victore*?) *sed vere valet aurum et argentum.*

XXI. fol. 189. *Incipit Richardus de Sancto victore super visione danielis prophete de quatuor bestijs. Praeit Summarium Capp. XV. in ipso vero tractatu Capita XXI. reperiuntur, quorum I. orditur: Videbam in visione mea nocte. Et ecce quatuor venti &c. Dan. c. 7. v. 2. Videamus nunc quid sit hoc mare magnum, in quo propheta daniel vidit banc quecumque sit pugnam ventorum &c. Moralis est expositio de Vitiis, praecipue Mutabilitatis, Insolentiae, Invidentiae, Fraudulentiae, Impudentiae, et Obdurationis. Ad calcem descripta legitur: ante festum Mathe in Jeiunio 1420. Desuit Tractatus iste Richardi Editoribus omnibus collocandus Parte II. post illa, quae in *Ezechielem* scripsit; video tamen eo *ms.* usum fuisse in *Allegorijs et Tropologijs* suis *V. et N. T.* editis *Paris. 1551. Godef. Tilmannum Carbus.* teste *Caveo Vol. II. p. 228.* qui fortasse in eo falsus est, quod *Richardum* in *totum* *Danielem* commentatum fuisse adserit. In *Fabricii Bibl. med. Lat. L. XVII. Tilmannus* perperam *Titelmanus* audit. De eo *Petreji Bibl. Carbus.* p. 106.*

XXII. fol. 205. Resumuntur *Adversaria miscella* de variis *Rebus sacris*, insertis tamen etiam *versibus* e *Schola Salernitana*, et fol. 215. *Serie Principum Bohemiae* a *Przemysl* ad *Wences-*

laum Imp. et Episcoporum Prag. a Dyecinario (sic) ad *Albicum pbisicum*; item fol. 246. *Dicto* quodam in illud: *Venite ad me omnes &c. Matth. 11.* quod rescripsisse se ait *Librarius a Magistro Petro de Mladonowicz de Moravia.* Omnia a posteriore manu *glossis bohemicis* adpersa.

XXIII. fol. 248. p. 2. *Incipit tractatus Magistri Johannis Hus de Cognicione dei.* *Comprehenduntur* tamen sub hoc *Rubro* etiam, quae scripsit *de tribus Hostibus Hominis, de septem Peccatis mortalibus, et de Poenitentia*, prout ista se consequuntur edit. *cit. T. I. a p. 43.* *Initium: Quia homini pertinet cognicio volicio et delectacio.* *Manus posterior* in fronte *pagg. Sanctum Joh. Hus* notavit.

XXIV. fol. 255. *Incipit Summula aurea Bone venture de gradibus uirtutum.* *Jam* relata alibi, *Initium: Infimus gradus Caritatis est diligere amicum &c.*

XXV. fol. 263. *Rursus Miscella* de *Praedicatione, Oratione Dom. ex Wiclefo, et Hugone, de Vitiis et Virtutibus, de 10. Praeceptis, et Poenitentia.*

XXVI. fol. 278. *Dicta Magistri Petri Henklis.* *Nomen* hoc mihi *ignotum* etiam in *calce* repetitur. *Agunt* vero isthaec *dicta contra timorem aggreendi emendationem vitae, et de 9. peccatis alienis.* *Initium: Contra primum quia talis homo est sicut infirmus qui licet dolet, tamen timet medicinam &c.*

XXVII.

1729

P O L E M I C I

1730

XXVII. fol. 286. Miscella de Creatione Angelorum, Casu Diaboli, et Creatione Hominis.

XXVIII. fol. 291. De ymaginibus questio. Est Jacobi de Misa, ut alibi. Initium: *Utrum secundum legem evangelicam plebs christi &c.*

XXIX. fol. 307. p. 2. *Tractatus Sancti Johannis Hus de matrimonio.* Ut supra N^o. 12. sed hic integer. Adhaerent 8. *Turpitudines inter Coniugales.*

XXX. fol. 315. *Auctoritates noui et veteris testamenti Sanctorum doctorum et vniuersalis ecclesie contra Communionem paruulorum infantum,* in V. Partes diuisae. Videtur Compilatori nostro Tros et Rutulus nullo discrimine agi.

XXXI. fol. 367. *De peccato Mortali hominis Magister Johannes Hus pie memorie hoc composuit sedens in carcere in constantia.* Init: *Peccatum mortale isto modo committitur &c.* ut edit. cit. T. I. p. 41. Succedunt varia Adnotata Theologica, quibus immorari non est operae pretium.

CCCCXXXVIII.

524 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 129. 4. initio et fine mutilus, sed probe scriptus, et fol. 45. hanc possessoris notam praeferens: *Sacerdos Wenceslaus Rossius pressorouius habet libellum istum Ordinis sui Anno 1517 (id est Ordinationis suae anno primo) Sed scripsit ista ma-*

nu propria Anno 1554 in Venetijs (Benatek Prov. Boleslav.) tempore Benefi Hendrigo de Donyn, cuius parens destruxit totam parochiam ibi; complectitur Materiam seu Themata Sermonum tam pro Dominicis quam pro festis SS. diebus a die Nicolai Ep. usque ad Dominicam XXI. post Pentec. his ad calcem adjectis: Expliciunt puncta Magistri Johannis Hus (nomen istud erasum, sed jam olim denuo restitutum fuit) feria sexta ante Dominicam Oculi mei semper ad Dominum Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi 1414. Sermo primus incipit: Quemcunque elegerit dominus ipse sanctus est. Num. 16. Verba producta possunt beato Nicolao competere, quia sanctus et a deo in dignitatem episcopalem electus &c. Nihil de his Punctis in editis Job. Hussi Operibus, atque, an omnia ad illum referri debeant, nescio. Fol. certe 9. Rossius adscripsit: Super Math. 26. Bibite ex eo omnes Job. Hus, et fol. 48. De passione Beati Johannis hus. a. 1527. Quae tamen hic in Passionem Domini leguntur, prorsus diuersa sunt ab Expositione illa, quae extat Opp. Hussi T. II. p. 8. Nota etiam 10 Beati, quod Rossius, quamvis in Italia ordinatus Sacerdos, Hussio tribuit. Inter Sermones porro locus est diuis Bobemiae Indigetibus, puta Procopio, Ludmillae, Wenceslao. Folia item 51. et 52. variis glossis lingua Gentis adpersa sunt.

Codices